

Meri non possit sine gratia, congruum est, ut Deus qui dat characterem, det et consequenter etiam gratiam, ad hoc ut cultus divinus qui per characterem exercetur, fiat religiose.

107 Obijcies tertio: Character non est principium alicujus operationis: Ergo non est in aliqua potentia anime, sed in ejus essentia. Consequentia patet ex supra dictis. Antecedens etiam manifestum videtur: cantare enim Evangelium v. gr. aut absolvere a peccatis, vel ministrare sacramenta, aut fidem coram tyranno profiteri, non sunt actus elicitii a characterem, sed a fide, vel religione, & potentis exterioribus.

108 Respondeo negando Antecedens, ut enim in ultima probatione secunde conclusionis ostensum est, character est principium actus intellectus, scilicet imperii quo precipit aliis potentis, ut aliquos actus eliciant, puta character Diaconi, ut canetur Evangelium, character Sacerdotalis, ut verba absolutionis & consecrationis profertur, & elicitur intentio necessaria ad valorem sacramenti; qui actus licet ab aliis facultatibus ab intellectu distinctis elicit procedant, imperative tamen oriuntur ab intellectu ut informato characterem, et actiones illas dirigente: sicut quavis actus alicujus artis, puta scultoris, a membris externis producantur, diriguntur tamen ab intellectu, ut informato tali habitu.

109 Obijcies quarto contra secundam conclusionem: Cum character sacramentalis per se ordinetur ad exhibendum cultum Deo, in ea potentia immediate subjectari debet, ad quam pertinet exhibitio talis cultus bene vel male fiat, concedo Majorem. Ad quem pertinet exhibere cultum Deo bene & religiose, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: ad voluntatem pertinet exhibere cultum Deo, secundum quod bene & religiose debet fieri, concedo Minorem. Absoluta, & abstracto ab hoc quod bene vel male fiat, nego Minorem, & Consequentiam: sic enim sumptus divinus cultus, non pertinet ad virtutem religionis, sed ad virtutem fidei in intellectu residentem, & ad characterem, ut dirigentem habitum fidei & imperantem actiones illas, quibus Dei cultus perficitur.

110 Respondeo distinguendo Majorem: in ea potentia subjectari debet immediate character, ad quam pertinet exhibere cultum Deo, abstracto ab hoc quod exhibitio talis cultus bene vel male fiat, concedo Majorem. Ad quem pertinet exhibere cultum Deo bene & religiose, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: ad voluntatem pertinet exhibere cultum Deo, secundum quod bene & religiose debet fieri, concedo Minorem. Absoluta, & abstracto ab hoc quod bene vel male fiat, nego Minorem, & Consequentiam: sic enim sumptus divinus cultus, non pertinet ad virtutem religionis, sed ad virtutem fidei in intellectu residentem, & ad characterem, ut dirigentem habitum fidei & imperantem actiones illas, quibus Dei cultus perficitur.

111 Ex dictis infero primo, characterem sacramentalem idcirco a D. Dionysio supra citato appellari lumen spirituale, quia intellectus practicus, mediante suo imperio, ut per characterem elevato, dirigat ceteras potentias ad exercitium cultus divini. Dicitur etiam potestas, quia tribuit potestatem aliquid efficiendi vel recipiendi. Item vocatur signum, seu sigillum, quia sicut Judex a Rege missus, non habet potestatem, nisi litteras habeat sigillo regio obfignatas: ita similiter nisi quis characterem habeat quo deputatur & ordinatur in legitimum collatorem vel inspectorem sacramentorum, vel defensorum fidei, nihil valet, vel saltem ex officio, preestabit in illis.

112 Intelliges etiam ex dictis, quomodo per characterem dicantur configurari Trinitati, quia nempe sicut Trinitas operatur per actum imperii, formaliter immanentem, & virtualiter transcendentem, ut in Tractu de scientia Dei, disp. 3. art. 4. fuse declaravimus, ita & character.

Denum scilicet colliges ex dictis, quomodo character distinguitur a religione: hac enim respicit cultum divinum, sub ratione boni, ille vero sub ratione veri practici, & non ut bene moraliter, sed solum ut valide exercetur intendit.

ARTICULUS IV.

Utrum character in se anima indelebilis?

S. I.

Quibusdam pramissa conclusio affirmativa statuitur.

113 Explicata existentia, essentia, & subjecto characteris, superest ut precipuum ejus proprietatem, nimirum illius incorruptibilitatem exponamus, & utrum anime in se indelebiliter, declaremus. Ut autem certa ab incertis separemus, duo ut certa & indubitata supponenda sunt. Primum est, characterem non esse indelebilem, per ordinem ad potentiam Dei absolutam, quia potest Deus quolibet ens creatum destruerre, suspendendo concursum conservativum illius. Secundum est, characterem esse indelebilem in hac vita, saltem ab extrinseco, in quantum scilicet Deus statuit eum semper, saltem pro presenti statu & vita, in anima conservare; hoc enim saltem desinit Florentinum & Tridentinum, dum sicut characterem esse indelebilem & colligitur a

posteriori ex eo quod tria sacramenta characterem imprimunt, semel suscepta, nunquam deinceps per totum vitam tempus iterentur: si enim esset delebilis in presenti vita, vel ille qui semel baptizatus est, posset iterum baptizari, vel certe characterem delere esset Christianus sine characterem, atque adeo a principio talis esse posuisset sine illo. Solum ergo difficultas est, an character sit ita indelebilis, ut remaneat post hanc vitam in beatis & in damnatis: Pro cujus resolutione

Dico breviter characterem post hanc vitam in beatis & damnatis remanere. Ita cum D. Thoma hic art. 5. communiter docent Theologi.

114 Probatur primo ratione quam habet in corp. Res semel Deo consecrata, quamdiu remanet integra, tamdiu manet etiam consecrata, ut patet in templis, altariibus, calicibus, &c. Sed per characterem homo consecratur Deo, quantum ad animam: Ergo quamdiu remanet anima integra, tamdiu etiam remanet character: Sed post hanc vitam anima integra remanet, cum sit incorruptibilis: Ergo post hanc vitam remanet character.

115 Dices, ex hac ratione sequi, characterem non posse deleri, etiam de potentia Dei absoluta, quia res consecrata, quamdiu remanet integra, manet necessario consecrata, ita ut non possit amittere suam consecrationem, etiam de potentia Dei absoluta, ut patet in calice, & aliis.

Sed contra primo: Licet daremus rem consecratam per denominationem extrinsecam ab actu praterito, sicut est calix, non posse amittere suam consecrationem, quia in Deo non est potentia sciendi ut actus qui semel fuit, non fieret: hoc tamen negandum esset de re consecrata per aliquam formam sibi intrinsicam communicatam, quia potest Deus destruerre formam illam realem per quam sit consecratio: in proposito autem anima consecratur per aliquid reale & sibi intrinsicum, scilicet per characterem: Ergo, &c.

Secundo: Deus potest execrere rem consecratam, statuo ut ad sacros usus non sit deinceps destinata, sicut factum est post creationem legis veteris, cum templa & vasa que antea erant aliquatim consecrata, suam consecrationem amiserunt.

116 Probatur secundo conclusio: Nullum accidens potest destrui, nisi vel physice a suo contrario, vel demeritorie & moraliter in peccatum peccati committi, vel per accidens ad destructionem proprii subiecti, vel per negationem concursus causae conservantis: Sed nullo ex his modis contingit characterem destrui post hanc vitam; non quidem primo, quia characterem, cum sit potentia, nullam habet contrarium: non enim est seorsum, quia imprimitur existentem etiam in peccato mortali, ut patet in eo qui sic accedit ad Baptismum: non etiam tertio, quia anima & potentia spirituales in quibus subijctus characterem, sunt incorruptibiles: non denique quarto, quia licet possit Deus, qui solus est causa conservans characterem, absolute subtrahere concursum quo liberat conservat res, nunquam tamen poterit, nisi cum naturalis vel morales illi subsistant, quod in proposito non reperitur, ut dictum est.

117 Ex qua ratione habes, characterem esse ex natura sua indelebilem & incorruptibilem, eo proportionali modo quo Angeli dicuntur incorruptibiles. In cujus rei signum docet D. Thomas ad Rom. 7. lect. 1. ad illa verba Apostoli, *Stultitia est lege vivit*, & ad Hebr. 11. lect. 7. in fine ad illa verba, *Acceperunt multos de resurrectione mortuis suis*, &c. quo fit baptizatus, vel confirmatus, vel ordinatus moriturus, & miraculose resurgat, non debet iterum eadem sacramenta suscipere, quod verum non esset, si character ex natura sua non esset incorruptibilis, & non posset absque speciali miraculo post hanc vitam conservari.

S. II.

Solvuntur Objectiones.

118 Obijcies primo: Gratia est perfectior characterem, & tamamen inest anime mutabiliter, & potest etiam in hac vita amitti & corrumpi: Ergo multo magis characterem. Consequentia manifesta videtur, nam quanto accidens est imperfectius, tanto minus firmiter inhaeret subiecto.

119 Respondeo, concesso Antecedente, negando consequentiam & paritatem, ob duplicem rationem discriminis. Prima est, quia gratia habet contrarium, scilicet peccatum, non vero character, ille enim (ut supra dicebamus) imprimitur etiam existentem in peccato mortali, ut patet in eo qui sic accedit ad Baptismum. Secunda est, quia gratia quae est forma completa, exigit in subiecto dispositionem, & ejus naturae accommodatur, & quia anima est mutabilis secundum liberum arbitrium, quamdiu est in statu viae, consequens est, quod gratia inest anime mutabiliter. Virtus autem instrumentalis (qualis est character) magis attenditur secundum conditionem principalis agentis, sive principii a quo derivatur; quare cum sacerdotum Christi, a quo derivatur character, & cujus est participatio, perpetuum sit, & incorruptibile, juxta illud Psal. 109. *Tus sacerdos in aeternum secundum*

ARTICULUS I.

An Christus omnia legis nova sacramenta immediate instituerit?

120 Omnia sacramenta veteris legis fuisse a Deo immediate instituta, docent communiter Theologi, & constat de circumcissione Genesis 17. de reliquiis vero ex toto Exodo, & Levitico. Neque obstat quod per Moysen, & per Angelos data fuerint illa sacramenta, sicut etiam per eos data fuit ipsa lex; id enim intelligendum est solum tamquam per legatos Dei, & promulgatores ipsorum, non vero tamquam per institutores, solum enim Deum habuerunt propriam auctorem. Idem dicendum est de sacramentis legis naturae; non potest enim apparenti aliquo fundamento dici, hoc fuisse alicui homini a Deo commissum. Et certe, si hoc in lege scripta factum non est, neque in lege naturae fieri debuit. Nec obstat, quod non a Deo determinata essent signa sensibilia in quibus consistebat, sed voluntate humana determinarentur; inde enim solum potest inferri, determinationem sacramentorum fuisse ex voluntate humana, non vero ipsam eorum institutionem: Deus enim voluit, & immediate per seipsum instituit, quod homines, tempore illius legis, userentur ad suam sanctificationem signis insensibilibus, quavis per eos determinandis. Solum ergo difficultas est, an omnia nova legis sacramenta, immediate a Christo instituta fuerint, vel aliorum institutionem Apostolis aut Ecclesiae commiserit: Plures enim graves antiqui Theologi, ut Magister sententiarum, Hugo a sancto Victore, D. Bonaventura, & Aletius, exitimantur sacramenta Confirmationis, & Extreme Unionis, non fuisse a Christo immediate instituta, sed primum ab Apostolis immediate fuisse instituta, vel post obitum Apostolorum in Concilio Meldensi, secundum vero a beato Jacobo.

121 Dico tamen, omnia nova legis sacramenta immediate a Christo fuisse instituta. Conclusio est certa de fide, & definita in Tridentino sessione 7. canone 1. his verbis: *si quis dixerit sacramenta nova legi non fuisse omnia a Christo instituta, anathema sit.* Quavis autem particula immediate, non expresse habeatur in illis verbis, illam tamen subintellegi a Concilio, colligitur primo ex eo quod alia differentia quam Tridentinum assignat inter caeremonias sacramentales, & ipsa sacramenta (quod nimirum illas potest Ecclesia mutare & instituire, salva substantia sacramentorum) nulla esset, si Ecclesia posset etiam instituire & mutare ipsa sacramenta. Secundo, idem Concilium sessione 14. canone 1. docet Extremam Unionem a Christo fuisse institutam, & a D. Jacobo promulgatam: ubi distinguit promulgationem ab institutione, & hanc soli Christo, illam vero D. Jacobo attribuit.

122 Colligitur etiam hac veritas ex illo 1. ad Corinth. 4. sic nos existimes homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, id est sacramentorum. Ubi Apostoli non dicuntur institutores, sed dispensatores sacramentorum. Unde Ambrosius lib. 4. de sacramentis cap. 4. *Auctor sacramentorum quis est, nisi Dominus Jesus?*

123 Ratio demonstrativa hujus conclusionis nulla est, quia dependet ex mera voluntate Dei; tres tamen congruentias adducit D. Thom. hic art. 4. in solutione argumentorum. In primis enim, ne fideles ponerent spem in homine, si ab ipso aliqua fuissent instituta sacramenta, congruum fuit ut Christus omnia institueret. Secundo, ne divisio in Ecclesia oriretur, propter diversa sacramenta, sicut apud illos qui dicebant: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephe.* Item ne essent multa capita in Ecclesia, cum enim ad caput Reipublicae pertinet concedere leges veluti fundamentales ipsius, & que habeant vim in tota Reipublica, cujusmodi sunt sacramentales, hoc ipso quod essent plures sacramentorum institutiones, essent etiam plura capita in Ecclesia. Adde quod, cum ad dignitatem & excellentiam sacramentorum pertinet dignitas & excellentia auctoris, seu institutoris, si sacramenta nova legis non essent immediate instituta a Christo, essent interiora sacramentis veteris legis, quae (ut supra ostendimus) a Deo immediate instituta fuerunt.

124 Est etiam alia specialis ratio, cur omnia nova legis sacramenta deberint immediate a Christo institui, quam tradit idem S. Doctor in supplement. q. 6. art. 6. in corp. & in 4. dist. 17. quest. 3. art. 1. questione 5. ubi ait, quod sicut creatio universi presupponit operationi causae secundariae, quae sicut non potuerunt ipsam creare, ejuisque ordinem instituire, ita nec illum mutare, aut invertere possunt: ita fundatio Ecclesiae presupponit operationi ministrorum, qui in ea jam fundata & constituta in suo statu instituantur: Ecclesia autem fundatur per fidem & sacramenta: Ergo institutio fidei & sacramentorum non procedit ab operatione ministrorum Ecclesiae, sed illi presupponitur jam facta a Christo Ecclesiae fundatore. Quae ratio aequae concludit de Apostolis, nam ipsi quoque sunt ministri Ecclesiae, juxta illud Pauli 1. ad Corinth. D. 4.

estatum ordinem Malchisedech, character quoque indelebilis & incorruptibilis esse debet, non vero gratia sanctificans. Unde ad probationem in contrarium, distinguo Antecedens: Quanto accidens est imperfectius, tanto minus firmiter inhaeret subiecto, ceteris paribus, concedo. Si cetera non sint paria, ut contingit in proposito, nego.

120 Obijcies secundo: Cessante fine, cessare debent ea quae sunt ad finem: Sed finis characteris, scilicet administratio, vel receptio sacramentorum, cultusque exterior, cessabit post hanc vitam: Ergo & character.

121 Respondeo quod prater hunc finem characteris, est alius, scilicet distinctio fidelium ab infidelibus, quae distinctio habet manere in alia vita, in bonis ad gloriam, & in malis ad ignominiam: sicut etiam militaris character remanet in militibus post adeptam victoriam; & in his qui vicerunt ad gloriam, & in his qui sunt vici, ad panam, ut ait S. Doctor hic art. 5. ad 3.

122 Ad complementum hujus disputationis queres, quanam ex duobus effectibus sacramentorum nova legis, debeat dici primarius & principalis, an gratia, vel character?

123 Respondeo gratiam dici debere primarium & principalem effectum sacramentorum nova legis, characterem vero secundarium & minus principalem. Ratio est: quia effectus primarius sacramentorum ille est ad quem sacramenta per se primo ordinantur; Sed illa ordinantur per se primo ad gratiam: Ergo gratia est primarius & principalis effectus sacramentorum nova legis. Major pater, Minor probatur. Sacramenta per se primo ordinantur ad nostram sanctificationem: in quo distinguuntur a sacrificio, quod per se primo respicit cultum divinum, & bonum ipsius Dei; sacramentum vero bonum hominis, seu sanctificationem ipsius: Sed sanctificatio hominis fit per gratiam, non vero per characterem: Ergo sacramenta per se primo ad gratiam, & non ad characterem ordinantur.

124 Confirmatur: Praecipuus effectus in sacramentis est ille qui ad ulteriorem non ordinatur, & ad quem ceteri omnes referuntur: Sed character, cum sit res & sacramentum simul, ut docet D. Thom. hic art. 6. ad 3. & communiter Theologi ordinatur ad gratiam, gratia vero, cum sit res tantum, non ordinatur ad characterem: Ergo gratia est primarius, & praecipuus sacramentorum effectus, non vero character. Unde idem S. Doctor in praemio questionis 62. sic habet: *Desidero considerandum est de effectu sacramentorum, & primo de effectu eorum principali, qui est gratia, secundo de effectu eorum secundario, qui est character.*

125 Dices primo: Ille est primarius effectus sacramenti, qui est simpliciter necessarius ad finem illius, qui vero ad melius esse, secundarius tantum: Sed character est simpliciter necessarius ad finem sacramenti quo proceditur, gratia vero ad melius esse tantum: Ergo character est primarius effectus sacramenti, non vero gratia. Major certa videtur. Minor probatur. Finis sacramenti Ordinis verbi gratia, est conficere Eucharistiam, vel ministrare in ordine ad illam: Sed ad hunc finem character est simpliciter necessarius, gratia vero ad melius esse tantum, scilicet ad illam munia recte & religiose perficienda: Ergo, &c.

126 Respondeo negando Minorem, & ad probationem ejus, nego Majorem: quavis enim finis characteris Ordinis sit conficere Eucharistiam, vel ministrare in ordine ad illam; & finis characteris Baptismalis, reddere hominem capace[m] suscipiendi alia sacramenta, finis tamen primarius ipsius sacramenti Ordinis, est reddere hominem gratum Deo, sicut & finis sacramenti Baptismi, est hominem spiritualiter regenerare, quod fit per gratiam, non vero per characterem.

127 Dices secundo: Ille est effectus primarius alicujus causae qui semper producit: Sed gratia non semper producit, bene tamen character: Ergo gratia non est effectus primarius sacramenti, sed character.

128 Respondeo Majorem esse veram, de effectibus qui nulla ex parte subiecti exigunt dispositionem, non autem de iis qui eam necessario presupponunt: unde cum gratia per sacramenta producenda, aliquam potest dispositionem, saltem in adultis, quam non exigit character, ex eo quod Christus ita instituit, non sequitur gratiam esse effectum secundarium sacramentorum.

DISPUTATIO V.

De SACRAMENTORUM INSTITUTIONE.

Ad quest. 64. D. Thoma.

Postquam S. Doctor de essentia, & existentia, duplici characterem effectum, gratia nimirum & characterem, fuse disseruit, disputat de causis efficientibus illorum, quae duplex est, institutor scilicet, & minister sive executor sacramentorum. Nos de priori tantum hic agemus, ea quae de Sacramento ministris disputari solent, in sequentem disputationem rejicientes.

1. In h. 4. Sic nos existimus homo ut ministros Christi, & de
spensatores mysterium Dei.

6. Obijcies primo: Cyprianus sermone de ablutione pedum,
non longe a principio, sic ait: Ipse summus sacerdos fuit
sacramenti institutor, & auditor, in ceteris homines spiritum
sanctum habere doctorem: Ergo fuit solum Eucharistiam
esse immediate a Christo institutam.

7. Respondeo Cyprianum per sacramentum Christi intelli-
gere non solum Eucharistiam, sed etiam alia sacramenta:
per ly vero in ceteris, intelligere caeremonias, que non
a Christo immediate, sed ab Ecclesia fuerunt instituta, ut
explicat Bellarminus, Gravina, & alii. Adde, hunc ser-
monem non esse Cypriani, sed Auctoris incerti, subin-
deque nos ejus auctoritate non premi; ipsique hereticos
prædicta verba debere interpretari, cum illi doceant, non
solum Eucharistiam, sed etiam baptismum, a Christo im-
mediate fuisse institutum.

8. Obijcies secundo: Christus communicavit Apostolis totam
auctoritatem quam a Patre accepit, ut colligitur ex
verbis illis Christi ad Apostolos: Sicut misit me Pater, &
ego misit vos: Sed Christus habuit potestatem instituendi
sacramenta: Ergo & Apostoli, subindeque credibile est
eos tali auctoritate utentes, aliqua sacramenta instituisse.
Unde initio Ecclesie Apostoli conferunt sacramen-
tum Baptismi, in nomine Christi, & non cum forma or-
dinaria; & sacramentum Confirmationis sine Chrismate,
per solum manuum impositionem; sicut & sacramentum
Ordinis, sine propria materia.

9. Respondeo negando Majorem, sicut enim Christus potuit
communicare suis Apostolis potestatem instituendi sa-
cramenta, ut dicitur articulo sequenti, eam tamen de
facto non communicavit, sed per seipsum immediate sacra-
menta novæ legis instituit, ut illa in majori ef-
fectu æstimatione, & ob alias rationes seu congruentias
supra adductas. Ad locum vero Scripturæ, qui videtur
militare in contrarium, dicendum est, quod ly sicut non
importat omnimodam potestatem, sicut nec in alio loco,
ubi Christus alloquens Patrem dicebat, Rogo Patrem ut unum
sint, sicut & nos unum sumus, constat enim non posse da-
ri tantam, seu tam perfectam unitatem inter fideles,
quanta seu quam perfecta est unitas inter Patrem & Fi-
lium. Unde non colligitur ex prædicto loco, quod Chris-
tus Dominus communicaverit suis Apostolis totam aucto-
ritatem quam accepit a Patre.

Ad illud vero quod subditur de sacramentis Bap-
tismi, Confirmationis, & Ordinis, dicendum est illa sa-
cramenta initio Ecclesie sub alia forma vel ab Aposto-
lis fuisse collata, ex speciali dispensatione Christi, pro-
pter exigentiam illorum temporum, ipso Christo Domi-
no peculiariter ad id concurrente, non autem conferen-
te potestatem Apostolis, ut sacramenta illa sic institu-
rent, aut mutarent, ut magis patebit, cum de illis in
particulari agemus.

ARTICULUS II.

An potestas ministerialis instituendi sacramenta, & potestas
excellentiæ quæ fuit in Christo, homini puro com-
municari possent?

Non procedit difficultas de potestate instituendi sa-
cramenta per propriam auctoritatem, supremam,
& independentem, utpote soli Deo propriam, ac proin-
de non convenientem Christo, ut homini; sed de pote-
state ex commissione, & de potestate excellentiæ quam
Theologi ponunt in humanitate Christi, & queritur, an
duplex illa potestas, puro homini communicari poterit?
Pro resolutione

10. Notandum primo, quancumque potestatem instrumen-
tariam gratiæ productivam, non sufficere ut aliquis dica-
tur causa instituens sacramenta ministerialiter, alias qui-
libet administrans sacramentum, diceretur illud institue-
re, & nulla esset differentia inter causam instituentem,
& utentem, seu applicationem: requiritur ergo potestas
eligendi aliquam rem sensibilem, ad cuius applicationem
gratia infallibiliter conferatur, & que proinde in certum
& infallibile signum gratiæ instituat.

11. Notandum secundo, potestatem excellentiæ, quam
Theologi ponunt in humanitate Christi, præter hanc po-
testatem instituendi sacramenta, seu dandi alicui rei sen-
sibili vim ad infallibiliter significandam & causandam
gratiam, adhuc tria alia importare, Primum, quod il-
le qui habet talem potestatem suis actibus mereatur col-
lationem gratiæ per sacramenta. Secundum, quod in no-
mine ipsius sacramenta sanctificentur, seu administrantur.
Tertium, quod non sit ita adstrictus sacramentis,
ut sine illis non possit producere illorum effectum. His
premissis, fit

§. I.

Duplici conclusione difficultas proposita resolvitur.

Dico primo: Potestas ministerialis instituendi sacra-
menta potuit homini puro communicari. Ita com-
muniter Thomista, Suarez, Valentia, Delago, & alii,
contra Scotum, Durandum, & Vasquez, quin negant talem
potestatem posse pure creature communicari.

Probatur conclusio ratione fundamentali. Potuit Deus
facere liberam facultatem puro homini, aliis eo modo quo
vellet gratiam conferendi, vel per solum actum internum,
vel per externum contactum, aut verbum, vel per quod-
libet aliud sensibile signum: sicut humanitati Christi dicitur
communicata facultas patrandi miracula, & dandi gratiam:
Sed ratione hujusmodi facultatis dicendus esset ho-
mo ille habere potestatem vere & proprie instituendi ex
divina commissione sacramenta: Ergo potestas ministri-
alis instituendi sacramenta potuit homini puro commu-
nicari. Major est certa, nulla enim est per se loquendo
major repugnantia in communicanda hac potestate suppo-
sitis creati, quam nature create, qualis est natura huma-
nae Christi. Minor vero probatur. Instituire sacramenta
nihil aliud est quam designare externas caeremonias, &
res sensibiles, per quas, vel ad quarum presentiam, in-
fallibiliter deitur & significatur gratia: Sed facultas ex-
plicata esset potestas ad talem actum, qui enim illam ha-
beret, vere posset instituire signum sensibile, ad hoc ut
causaret, vel ut ad ejus presentiam infallibiliter causaretur
gratia, ut constat: Ergo, &c.

Confirmatur hæc ratio, & simul Adversario rum respon-
sioni aptius præcluditur. Quamvis ut purus homo di-
catur habere potestatem delegatam instituendi sacra-
menta, non sufficit quod ex pluribus actionibus possit ali-
quos determinare, quibus non ipse, sed Deus imponat
virtutem ad significandam gratiam, ut fiat in lege na-
ture; si tamen haberet talem facultatem ratione cuius posset
si vellet alicui signum sensibile imponere virtutem ad il-
lam significationem, diceretur eo ipso præcise posse vere
& proprie sacramenta instituire: Sed Deus dando puro
homini facultatem sanctificandi alios eo modo quo vellet,
sicut humanitas Christi sanctificabat, tribueret ei talem
potestatem: Ergo tribueret ipsi potestatem delegatam in-
stituendi sacramenta.

Confirmatur amplius: Ut purus homo dicatur posse vere
& proprie sacramenta instituire, non requiritur ut il-
la potestas sit independentis ab alio, verum enim homines
dicuntur auctores & institutores legum tam Ecclesiasticarum
quam Civilium, quas tamen non condunt, nisi per
potestatem a Deo dependentem, sed sufficit quod tota in-
stitutio & virtus ipsius sacramenti, ab eo dependeat ut
causa ex delegatione & commissione divina agente: Sed
potestatem a Deo dependentem, quod tota institutio & virtus sacra-
menti dependeat ab homine tanquam a causa secunda,
ex delegatione & commissione divina agente, nulla enim
in hoc apparet implicancia: Ergo potestatem Deo potestatem
ministerialem instituendi sacramenta puro homini commu-
nicari.

Dico secundo: Potestas excellentiæ quæ fuit in Christo
ad instituenda sacramenta, potuit homini puro commu-
nicari. Ita Auctores citati pro precedenti conclusione.

Probatur conclusio ratione fundamentali. Quatuor illa
in quibus notabiliter differunt potestatem excellentiæ
consistere, possunt homini puro communicari: Ergo &
talis potestas. Consequenter patet, Antecedens probatur,
discurrendo per singula. In primis enim Deus potest tan-
tam gratiæ plenitudinem conferre puro homini, ut aliis
promeretur gratiam de congruo, immo & de condigno, si
constitueretur a Deo caput ceterorum hominum, ut ostendit
in Tractatu de justificatione & merito, disp. 2. art. 7.
concl. 3. Secundo, in nomine ejus possent sacramenta ad-
ministrari, hoc ipso quod gratia ex merito ipsius conferretur.
Tertio, posset instituire signa præctica & infallibilia
gratiæ, ex commissione divina, ut conclusione præceden-
ti probatum est. Et tandem posset sine sacramentis pro-
ducere gratiam, quia posset Deus ejus arbitrio relinquere
potestatem ad conferendam gratiam actu interno, vel si-
gno sensibili indifferente: Ergo quatuor illa que ad po-
testatem excellentiæ requiruntur, homini puro commu-
nicari possunt. Hanc rationem insinuat S. Thomas hic
art. 4. in corp. ubi sic dicitur: Christus in sacramentis
habuit duplicem potestatem; unam auctoritatis, qua compe-
tit ei secundum quod Deus & talis potestas nulli creature
potuit communicari, sicut nec divina essentia. Aliam
potestatem habuit excellentiæ, qua competit ei secundum quod
homo, & talem potestatem potuit ministris communicare, & dandi
scilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, ut eorum merito
operaretur ad sacramentorum effectum, ut ad invocan-
tionem nominum ipsorum sanctificarentur sacramenta, & ut
ipsi possent sacramenta instituire, & sine ritu sacramente-
rum effectum sacramentorum conferre solo imperio; potest
enim

enim instrumentum conjunctum, quanto fuerit fortius, tanto
magis virtutem suam instrumentis separatis tribuere, sicut ma-
nus baculo.

Similia docet Augustinus Tractatu 5. in Joann. ubi in-
ter alia ait: Potuit Jesus Christus si vellet, tradere potesta-
tem alicui servo, ut daret baptismum inquam vice sua, &
transferret a se baptizandi potestatem, & eam constitueret
in servo; & tantam vim daret baptismum translatum in ser-
vum, quantum vim daret baptismum translatum in ser-
vum, adeo, ut in illo spei esset baptismum, a quo se
baptizator agnosceret. Ubi S. Augustinus docet, de facto
puros homines solum baptizare per ministerium, de pos-
sibili vero potuisse baptizare per potestatem talem ac tan-
tam, quantum Christus ut homo habuit, quæ est potestas
excellentiæ.

16. Confirmatur: Potestas excellentiæ in Christo convenit
ipsi, in quantum capiti totius Ecclesie: Sed Deus de
potentia absoluta potuit purum hominem constituere ca-
put totius Ecclesie, ejusque gratiam & opera ad justifi-
cationem aliorum hominum ordinare, sicut de facto Adam
fuit constitutus caput non solum naturale, sed etiam
morale, totius humani generis, quantum ad transmissio-
nem justitiæ originalis, vel privationis illius in poste-
ros, ut in Tractatu de peccatis, disp. 7. art. 1. ostensum
est: Ergo potuit Deus potestatem excellentiæ quæ fuit
in Christo ad instituenda sacramenta, pure homini com-
municare, non tamen cum ea eminentia & perfectione
quæ fuit in Christo, nam Christus ut homo est instru-
mentum conjunctum divinitatis, alii vero ministri qui-
bus Deus potestatem excellentiæ communicaret, essent il-
lius instrumenta separata. Item potestas excellentiæ in
Christo, infinitam dignitatem lux persone connotabat,
ratione cuius erat principium meriti & satisfactionis in-
finiti valoris, quod puro homini competere nequit,
ut in Tractatu de Incarnatione, disput. 4. art. 1. osten-
dimus.

§. II.

Revolvunt objectiones.

Obijcies primo: Instituire sacramenta est instituire
certa & infallibilia signa gratiæ conferendæ: Sed so-
lus Deus id potest: Ergo & illud. Major constat; Mino-
rem vero probant Scotus & Gabriel. Primo quia ille so-
lus potest certa & infallibilia signa gratiæ conferendæ in-
stituire, qui potest gratiam ipsam conferre: Sed solus
Deus (inquunt) potest gratiam conferre: Ergo & in-
fallibilia signa gratiæ conferendæ instituire. Secundo,
cum non possit dari signum certum & infallibile gratiæ
conferendæ, nisi determinetur divina voluntas ad gratiam
tali signo posito conferendam, si pura creatura tale signum
posset instituire, posset etiam determinare voluntatem Dei
ad gratiam conferendam, quod tamen implicat.

13. Respondeo negando Minorem, ad cuius primam pro-
bationem, distinguo Minorem. Solus Deus potest confer-
re gratiam, ut causa principalis, propria virtute & au-
thoritate id præstans, concedo. Ut causa absoluta, nego.
Pura enim creatura, ut causa instrumentalis & ministri-
alis, per virtutem & auctoritatem a Deo acceptam, id
potest.

19. Ad secundam probationem, nego sequelam: Cum enim
in illo casu Deus præsupponeretur determinatus a se ipso
ad volendum conferre infallibiliter gratiam, in præsentia
signi ab ipsa creatura instituendi ipsamque creaturam ad
talem institutionem faciendam prædeterminaret, jam non
Deus a creatura, sed creatura a Deo, in institutione illa
determinaretur.

Obijcies secundo cum Vasquez: Potestas instituendi
propria sacramenta, ei solum convenit, a quo oritur prin-
cipium sacramenti decretum, sed primum sacramenti de-
cretum a solo Deo potest manare: Ergo illi soli potest
convenire potestas instituendi sacramenta. Minor constat,
Major vero probatur Vasquez, quia instituire (inquit)
idem est quod rem aliquam incipere, & ab initio quasi
statuere & decernere.

20. Respondeo, concessa Majori, distinguendo Minorem.
Primum sacramenti decretum in genere causæ principalis,
propria & suprema auctoritate instituitur sacramentum,
est a solo Deo, concedo Minorem. Primum sacramenti
decretum, in genere causæ ministerialis, ex commissione
divina instituitur sacramentum, nego Minorem, & Con-
sequentiam. Certè, Argumentum Vasquez valeret, probat
etiam homines non posse dici vere & proprie conse-
cratores legum Civilium aut Ecclesiasticarum, quandoquidem
aque dici potest, primum illarum decretum emanare
a solo Deo, ac primum decretum sacramenti.

21. Obijcies tertio: Justificatio impij est quid majus, quam
creatio celi & terræ, ut docet Augustinus Tractatu 7. in
Joann. Sed Christus non potuit communicare discipu-
lis vim creandi cælum & terram: Ergo neque vim ju-
stificandi impium, nec per consequens illis committi po-
tuit institutio sacramentorum, cum per illa peccatores
justificentur.

tuit institutio sacramentorum, cum per illa peccatores
justificentur.

Respondeo ex D. Thoma 1. 2. quest. 113. art. 9. quod 22
licet ex parte facti sit quid majus justificatio quam crea-
tio, quia hæc terminatur ad esse naturale, illa ad formam
supernaturalem: tamen ex parte modi, excedit creatio,
& est maximum opus Dei, quia ex nihilo fit aliquid;
ex quo sequitur, quod licet possint dari instrumenta
physica ad infusionem gratiæ, & justificationem impij, ni-
mirum sacramenta, repugnet tamen juxta doctrinam D.
Thome 1. p. q. 45. art. 5. quod detur instrumentum phy-
sicum creationis.

Obijcies quarto contra secundam conclusionem: Potestas
excellentiæ convenit Christo, ratione unionis hypostaticæ:
Ergo non potest communicari pure creature.

Respondeo, concessa Antecedente, distinguendo Con-
sequens. Non potest communicari creature, cum eam
eminentia & perfectione qua fuit in Christo, concedo. Modo
imperfectiori, nego. Solutio patet ex supra dictis, licet
enim pura creatura non possit esse instrumentum conjunc-
tum divinitatis, nec influere infinitum valorem merito-
rum & satisfactorum in suas operationes, sicut Christus:
quia tamen puro homini potuit communicari tanta gratia,
ut mereretur de condigno virtutem & effectum sacramen-
torum, & institui caput morale ceterorum hominum, po-
tuit ipsi communicari, modo tamen imperfectiori, ea po-
testas excellentiæ quæ fuit in Christo ad instituenda sa-
cramenta, & justificandos alios homines.

DISPUTATIO VI.

De Ministro Sacramentorum.

Ab sex ultimis articulis questionibus 64.

Considerata causa efficiente principali, quæ sacra-
menta instituit, scilicet Christo, superest ut de causa mi-
nisteriali, quæ ea confert, & dispensat, disseramus, & plu-
res ac graves, quæ circa sacramentorum ministros occu-
runt difficultates, articulis sequentibus resolvamus.

ARTICULUS I.

Quinam sint sacramentorum ministri?

Scotus in 4. dist. 6. q. 1. affirmat Angelos, etiam de le-
ge ordinaria, posse esse sacramentorum ministros. E-
contra August. Bernal disp. 17. sect. 1. num. 17. ait quod
licet Angeli de potentia extraordinaria possint sacramenta
administrare: non tamen ea conficere. Alii vero Theologi
communiter docent Angelos posse quidem de potentia ab-
soluta sacramenta conficere & administrare, eos tamen
homines esse ordinarios sacramentorum ministros. Verum
cum homines in duplici statu considerari possint, nimirum
in statu viæ, & termini, seu beatitudinis, adhuc est diffi-
cultas & controversia inter Theologos, utrum non solum
homines viatores, sed etiam beati & comprehensores, sint
de potentia Dei ordinaria, sive ex vi institutionis Christi,
idonei sacramentorum ministri, ita ut si in corpore assump-
to apparerent, vel miraculose resurgerent, absque novo
miraculo, sacramenta ministrare possent? In cuius diffi-
cultatis resolutione, partem negativam tenent Alensis,
Cabrera, Conink, Vasquez, Delago, Becanus, & alii:
Affirmativam vero amplectuntur ex Thomista Soto, Syl-
vester, Nunno, Martinus Ledesma, Philippus a sancta
Trinitate, Martinez a Prado, & ex extraneis Suarez,
Henriquez, Diana, & plures alii.

§. I.

Triplici conclusione difficultas proposita resolvitur.

Dico primo: De lege ordinaria soli homines, & non a
Angeli, sunt sacramentorum ministri. Ita D. Tho-
mas hic art. 7. ubi hæc conclusionem probat in argu-
mento sed contra, ex illo ad Hebræos 5. Omnis Pontifex
ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his que
sunt ad Deum: Sed Angeli boni vel mali non sunt ex homi-
nibus: Ergo ipsi non constituantur ministri in his que sunt ad
Deum, id est sacramenta. Unde Chryllostomus lib. 3. de
sacerdotio, cap. 5. His qui terram incolunt, & que in ea
versantur, commissum est, ut ea que in cælis sunt dispensentur
his datum est ut potestatem habeant, quam Deus optimis ne-
que Angelis neque Archangelis datam esse voluit; neque enim
ad illos dictum est: quancumque ligaveritis super terram, erunt
ligata & in cælis, & quancumque solveritis super terram,
erunt soluta & in cælis.

Ratio a priori hujus conclusionis nulla alia assignari po-
test, nisi voluntas Dei, & Christi, congruentie tamen non
defant. Nam in primis minister minus principalis sacra-
mentorum,